

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Sapiencia uel sciencia I cum uariis

Huius mundi, inquit, sapiencia est cor machinationibus tegere, sensum uerbis uelare, que falsa sunt uera ostendere, que uera sunt falsa demonstrare. Hanc qui sciunt ceteros superbiendo despiciunt; hanc qui nesciunt subiecti et timidi in aliis ipsam mirantur. Hec sibi obsequentibus precipit honorum culmina querere, adepta temporalis glorie uanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multiplicius reddere, cum uires suppetunt nullis resistantibus cedere, cum uirtutibus possibilitas deest, quicquid per maliciam explere non ualet, hoc in pacifica bonitate simulare.

Gregorius X. moralium exponens illud Iob XII: Deridetur iusti simplicitas.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

inquit *om.* C V² L¹ L²; sapiencia *om.* (*cor. supra lin.*) M; demonstrare] haec nimirum prudentia usu a iuuenibus scitur, hec a pueris pretio discitur *add.* V² L¹ L²; superbiendo despiciunt] superbiunt despiciendo V² L¹ L²; ipsam *om.* V² L¹ L²; uirtutibus] uirtutis V² L¹ L²; ualet] ualent V² L¹ L²; X.] capitulo 27. *add.* V² L¹ L²